

Heinrich Rudolph Redecker

Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. ac Pandectarum Professor Public. ... Viri Iuvenis Dn. Joannis Christophori Schroderi, I.U. Doctorandi, Funus ... in patria Wismaria efferendum tumulandumque, Hoc tamen in loco publice solenniterque signat ac indicit

Rostochii: Kilius, 1676

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420392>

Druck Freier  Zugang



Redeker, H. B.,
in
J. Chr. Schröder.

Rost. 1676.

56

Programma,

58

Quo
RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

HEINRICUS RU-
DOLPHUS *Redeker*

J. U. D. ac Pandectarum Professor Public.

Consistorii item Ducalis Adessor,

Peracerbum insperatumque

Clarissimi & Doctissimi

VIRI JUVENIS

DN. JOANNIS CHRIS-
TOPHORI SCHRODERI,

J. U. DOCTORANDI,

Funus,

Sicel maxime extra Nos, & in patriâ WISMARIA

Gerendum tumulandumque,

Hoc tamen in loco publicè

solenniterque

signat ac indicit.



ROSTOCHII.

Typis hæred. JOANNIS KILII Acad. Typogr. ANNO M. DC. LXXVI.



Programma

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCKENSIS

HEINRICHUS

DOLPHUS

J. U. D. ac Pandectarum Professor Publicus

Consistorii item Ducalis Auditor

Petersonum laborantibus

Christoph. D. Doctorum

ARI JUVENIS

DIJOANNIS CHRIS-

STOPHORI SCHRÖDERI

J. U. DOCTORANDI

Funus

Sive maxime extra Nos, & in partibus WISMARIAE

et omnium circumstantiarum

Hoc tamen in loco publice

solenniter

figurae ac indicis



ROSTOCKI

Typis hared. JOHANNIS KILLII Acad. Typogr. ANNO M. DC. LXXVI





EDIA VITA CONSTI-
TUTOS IN MORTE NOS
ESSÈ, cùm res quotidie ipsa
atque experientia docet, tùm
Veterum ceteroqui PA-
TRUM Ecclesiæque Docto-
rum plerisq; adseveratum est.
Enimverò *Hieronymus* in *Esai.*
cap. XL. *per horarum*, inquit,
momenta crescimus atque decre-

scimus, nec in eodem manemus statu. Ipsum quoque quod lo-
quimur, dicimus & scribimus, de vita nostra parte præ-
tervolat. Maximus Hipponensium Episcopus Augusti-
nus lib. 13. de Civit. Dei, c. 10. Vita, ait, humana est ve-
locissimus cursus ad mortem. Itemque lib. medit. c. 21.
impensè secummet ipso disputat, quaritque, quâ vitam
humanam ratione signare, aut appellare fas sit; dubitan-
tique heic, ipsi sibi scrupulum tandem eximit, uti
caussetur, non mortem esse dicendam, quia sit
vita, neque verò etiam vitam, quia semper moria-
mur: sed omnium rectissimè pronounciandam vitam
mortalem, vel mortem vitalem; vel denique mixtam cum
morte vitam. Huc quoque non absurde illa Gregorii

trahas. lib. 8. Mor. c. 3. profitentis Militiam esse vitam ho-
minis super terram, eò quòd unusquisque, dum quotidie ad
terminum vita per augmentum tendit temporum, augendo
vitam videre desinat. Sicut itinerantis gressus, dum in an-
teriora proficit, quòd restat iter, decrescat, sic vitam nostram
militiam esse; eandemq; quò ad augmentum deducitur, eò, ut
non sit, finire. Prorsus huic simile intellexisse Gentiles,
vel indè discere in proclivi erat, quòd interroganti ali-
quando, quidnam ageret, ALEXIS Poëta respondisse
fertur; *Paullatim sese mori. Dum crescit vita,* (Roma-
norum sapientissimi SENECAE effatum est) *decrescit &*
hunc, quem agimus diem, cum morte dividimus. Non
abs re nostram hominum vitam arenae, horologio
contentae, compares: quae, cum ultimum cadit granu-
lam, non transisse dicitur (jam tùm enim ab initio
transire ceperat) sed transitum suum finisse. Similem
candelae vitam dixeris nostram, quae accensa seipsam
ardendo extinguit. Ceterùm Christianus tamen non
minus rectè cecinerit: MEDIA MORTE IN VITA
NOS ESSE. Neque enim moriuntur, qui Spiritum
habent immortalem; corporibus autem mori non pos-
sunt; moritur tantum, quae cum luctantur indies, mi-
seria ipsorum. Quae cum Ambrosio pensitarentur lib.
de mortis bono, *Lucrum esse,* ait, *evasisse incrementa*
peccati; lucrum; effugisse deteriora, & ad meliora transisse.
Transiri autem à corruptione ad incorruptionem; à morta-
litate ad Immortalitatem. Esse igitur de nihilo, si nos Mor-
tis nomen offenderit; eximium contra beneficium, si optati
transitus bona delectent. Nil enim mortem, nisi depositio-
nem vitiorum esse. PAULO Apostolo vivere Chri-
STUS, & Mors lucrum erat: quae, pro more suo elegan-

Hic duode non apud illi Gregor
22

ter *Chryseston* us hisce explicat verbis: *Etiā moriendo*
non moriar, eò quòd vitam habeo in me ipso. Tum verò de-
num me occiderint, si per metum & terrorem animo meo
fidem potuerint excutere; donec verò CHRITUS in me fuerit,
etiā si mors ingruerit, vivam. Hæc uti ita vel scriberem,
 mus, vel præfaremur, iussit inopinus florentissimi JURIS
 DOCTORANDI, DN. JOAN. CHRISTOPH. SCHRO-
 DERI casus, quo vitā is exire iussus est tūm, quā om-
 nium ad huc maximè victurus crederetur; Imo non
 id tantūm, verū etiam, cū existimaretur vitæ jam-
 tandem suæ fructus percepturus, perque HONORUM
 publicorum, & eorum quidem DOCTORALIUM
 augmenta, famæ nominique suo æternum decus concilia-
 turus. Sed enim has spes, cum ingenti svavissimæ
 MATRIS cordolio, interceptit, & in ipsa quali herbā
 suppressit concitatissimè incubans mors, quæ JUVENEM
 temporibus hisce subtractum, æternitati contem-
 cravit, promovitque adeò ad honores, sexcenties iis
 ipsis, quos hæc expectarat, eminentiores. *Natus is i-*
psus est WISMARIÆ, mense Julio, Anno 1652. Patre
quidem Viro Doctissimo ac Præstantissimo DN. JOANNE
SCHRODERO, Mercatore ibidem ac Cive primario;
Matre verò Feminarum ornatissimā, ILSABE Grëningen.
Avus paternus fuit JOANNES Schröder / Civis ac nego-
tiator apud nos eximius; Avia paterna ILSABE Mollken
Sexus sui non minus decus. Avum Maternum habuit
VIRUM prudentissimum & Spectatissimum DN. CHRIS-
TOPHORUM Grëning / Senatorem olim Wismarien-
sem præclarè merentem; Aviam verò maternam, ILSABEN
Eäberins / omnium virtutum splendore fulgidissimā.
Editum mox in dias luminis auras, sacro baptismi fonte
 A 3 ablu-

ablucendum curarunt providi parentes eà labe, quam nascendo contraxerat. Et dein cum aetas & anni unquam passuri viderentur, id egerunt ut, uti probe virtutisque conformiter educaretur. Quumque animum ad literarum præcipuè studia propensum luculentissimè testatum darce, formandus commisit cum aliis Scholæ patriæ Præceptoribus, tum verò maximè omnium LAURENTIO & CHRISTIANO BUNSOVIIS, VIRIS Clarissimis, RECTORIBUS; nec minus tamen etiam DN. ANDRÆ PAULLI subCon RECTORI eximio, quorum fidelissimo ductu monituque non poenitenda humaniorum literarum fundamenta jecit. Dein cum satis diu in patriâ habuisse sese, ibidemque, quæ in rem factura esse suam existimavisset, haussisse, abundè crederet, apud nostram ROSTOCHIENSIAM invisit ACADEMIAM, isthac omnium maximè fini, ut sacra THEMIDOS præceptis (horum enim amore, dici nequit, quàm flagraret) imbueretur. Pro quo instituto exequendo Hospitem pariter ac Doctorem sibi adscivit Virum Nobiliss. Ampliss. & Consultiss. DN. HERMANNUM LEMBKENIUM, ICTUM & Antecessorem ACAD. hujusce; Syndicum verò etiam REIP. oppidanæ gravisimum, Collegam olim & Amicum nostrum conjunctissimum! mox post hunc functum, Filium ejusdem non degenerem DN. JACOBUM LEMBKENIUM. J. U. D. & institutionum Professore Publ. excellentiss. Collegam pariter & Amicum jucundissimum, parili advocitavit fini, ut sub ejusdem moderamine Studiorum suorum, quam jam ante cum ingenti laude suâ orsus erat, telam baud infelicius pertexeret. Utrobique & apud DN. PARENTEM LEMBKENIUM, pariterque Filium ejusdem, res aded præclarè successit, uti jam ante biennium, Disputationem publicam de TESTAMENTO paren-

parentiam inter liberos irregulari & privilegiato, Praeside
VIRO Nobiliss. Amplissimoque DN.D. GEORGIO RADO-
VIO, Codicis Prof. Publ. celeberrimo, Collega nostro
honoratissimo, non sine singulari Audientium applau-
su defensarit. Hoc itaque pacto post peractum heic trienni-
um, LIPSIAM concessit, ibidemque maximorum Actorum
operâ ad augendam Legum prudentiam band segniter ad-
jutus, ad nos tandem reversus est, saltem cum ob finem,
ut, ubi plurimum laboris impendisset, ibi quoque ejusdem
fructus atque premia capesseret; neque illa quidem minuta,
sed qua ipsâ DOCTORIS supremique adeo honoris tiarâ
tâm strenuè hæctenus laborantem sudantemque, decorarent.
Ceteroquin, ut de Moribus (quando de studiis band perfunctione
hucusque egimus) JOAN-CHRISTOPH. nostri nonnul-
la quoque subnectamus: Sanè quoad nobiscum vixit, ei me-
se gessit, uti Universe JUVENTUTI nostra clarissima
meritò lux, & viduum, quod ipsa quoque sequeretur, exem-
plar esse quiret. Officiosus, humili que supra modum erat.
Nulli unquam operam suam negabat; nemine se majorem,
quovis inferiorem, tâm amplis licet fortuna bonis instru-
ctum, tamque praclaro genere prognatum, reputabat. Vi-
le arbitratus atque ingloriam facinus, de principatu
cum quoquam velle contendere Candidus ab omni parte, si-
neque succo & fraude; neque ullos mortalium impensius per-
osus, quàm qui

Ore aliud, tacitoque aliud sub pectore vol-
vant.

Inter animum, linguam, frontem adeo incredibilis erat
harmonia, uti ne bilum quidem hic, isthic, illic discrepa-

rel.

ret. Quae profectò seculi nostratis inusitata jam virtus est. Quod quacunq; tandem denominatione insignire adlubuerit, certè omnium commodissimè vulpinum appellites. Porro humanitatem aut comitatem **FUNCTI** nostri nemo dignè designet, aut laudet unquam satis. Sic eam virtutem propriam sibi nativamque fecerat, ut non minus **HUMANI** nomine, quàm suo ipsius dignoscere-
tur. Quicquid unquam Gratiarum erat, id verò omne & in animum ejusdem, tanquam in sedem, patriamque quasi quondam sese penetravisse & in vultum quoque linguamque mirificè insinuavisse, videri utique poterat. De Pietate (cui soror juncta incredibilis probitas) tanquam virtutum omnium Regina aut Principe, cujusque primò non abs re loco fieri mentionem oportuerat, quid jam porro adferemus? Sane ipsa quoque eximie preditum fuisse, cum nemo nostrum ignorat, tum omnium luculentissimam isti præcipue rei Excellentiss. **DN. HOSPES** faciet fidem. Dum jam in medio isto virtutum studiorumque cursu deprehenderetur, florentissimusque undi quaque **HIC IPSE** foret, evenit (ut supra jam monere meminimus) quod strenuà ad bonores gloriamque, ad dignitatem Summorum Virorum grassantem vià, interpellaret; gradumque adedò juberet sistere. Enimverò Morbus aut febricula ardentior incomparabilem lecto affixit **JUVENEM**, moxque, & paucis saltem diebus interlabentibus (quis vel credidisset, vel sperasset, spiritum! eidem animamque interclusit. Sed hac de re non incommodum fuerit, Excellentissimum & Experientissim **DN. JOANNEM BACMEISTERUM**, **Med.D.** ejusdemq; uti & **Mathematicum superiorum Professorè** celeberrimum

rimur

ritum, Collegam & Fautorem nostrum amicissimum, au-
dire proferentem signantemque sententiam. Sic igitur
ille :

Malum illud Epidemium, quod proh dolor! mul-
tos non solum in hac, sed & proximè adjacentibus
Civitatibus, totaq; Provinciâ Meclenburgicâ è
medio susculit mortalium, tuum etiam, Affinis ma-
stissima honoratissimaq; unicum charissimum su-
perstitem Filium tanto cum impetu nuper invasit, ut
intra novendium vires omnes collaberentur, ipsiq;
finem vite, quamvis nimis citò maximoq; tuo, o-
mnium agnatorum cognatorumq; nec non cæterorū
amicorum cum cordolio eben! imposuit. Et qui ali-
ter fieri poterat? Summa quippe illa sanguinis
effervescentia, è pravâ eaq; malignâ ejus corruptione
orta, variisq; periculosissimis Symptomatibus con-
juncta, non sub initium, quod alias bonum, sed fractis
viribus sudores largiores, & maculas non quidem
in cute diu perseverantes, sed modò evanescentes, modò
iterum apparentes propellebat. Medicamenta præ-
stantissima eaq; appropriata /atis per totum morbi
decursum summâ fide summâq; diligentia tum à
me, tum à DN. D. BARNSTORFIO quidem
sunt adhibita. Verum levitia morbi & prava
viscerum constitutio omnem nostram superavit dili-

B

gen-

gentiam; medicamentorum vim sprevit, nihilq; nobis
quàm maximum optimi huius Viri-Juvenis amici
& Affinis mei dilectissimi desiderium reliquit. Vi-
des ergo, Measissima Mater, quod eandem mecum
experiaris sortem. Ego Uxorem fidissimam, charissi-
mamq; lugeo; Tu Filium unicum, solamen vidui
thori desideras. DEVS misereatur nostri. Tem-
perabunt instar nepenthis Homericæ luctum nostrum
gravissimum tempora præsentia, quibus circum da-
mur, calamitates quibus premimur, quæ nobis o-
mnino eandem viam calcandi desiderium maxi-
mum inculcant.

Hactenus DN. MEDICUS de valetudine atque exi-
tu FUNCTI. Nos quid hoc ipso vel dicemus, vel
scribemus casu? Nil scribemus aut dicemus sanè;
quando silere præstabit, nec ullâ ratione eam queri
fortunam, quam iussa ac beneplacita cælorum immi-
serint. Cui mortalium displiceat, quod placere in-
tellectum est IMMORTALI? Quis modum me-
thodumque agendi præscribat ei, qui supra omnem
est legem? cui supera, infera subjacent; cuius im-
perio quicquid unquam est hominum terrarumque,
coercetur. Aut deliri, aut impii est, rixari cum cælis
velle. Ferenda igitur sors est; Tibi, MATER, præ-
cipuè, quæ omnium vicinissimè præsentis casu affice-
ris; ac, quæ in te pietas est, feres. Cogitabis hanc
fermè sortem esse charissimorum DEI hominum, ut
nunquam non difficultatibus aut doloribus irreti-
antur

antur. Deinde propones animo, & in commune homines eâ lege vivere, ut aliquando amplius non sine morianturque; & universum istud, quod à pulcritudine summâ MUNDUM appellamus, ab hac ipsâ necessitate exemptum minimè esse. Sed quid si vivustibi ad huc superstesq; Filius crederetur, MATER? secundum principem sui partem, vivit utiq; superestq; , licet quoad viliores subductus oculis ad tempus sit tuis: Neque enim perpetuò, credas, erit, sed veniet dies, quo vobis reddemini invicem, & extra omnem amplioris quidem distractionis metum. Alia, quæ hæc miscere pharmaca, ad sanandum dolorem, poteramus, lubentes prætervehimur; & ne his ipsis, quibus usi in præsens sumus, id quidem præfractè adeò volumus, quasi vel animo jam defæcatori meditari, vel siccis planè FILII tui funus oculis contueri debeas (quod nec possibile sane, nec decens aut pium sit) sed ne Athenientem SOLONEM in domestico hoc luctu imitere. Is posteaquam ex Nuncio à *Ibalete* subornato mortem Filii accepisset, ita consternatus fuisse dicitur, uti animo repente totus conciderit, humi prostratus; jacuerit, barbam utraque manu evulserit, capillos vellicarit (quasi in calvitio quietior futurus) injectu pulveris os fædarit, pallium disciderit, planctuquè & ejulatu, cum summâ spectantium admiratione & indignatione, universum complèrit forum. Apage insaniam impietatemquè! Lugebis, MATER, non sine causâ; nequè enim leve tibi, per hunc unici FILII tui casum, inflictum profectò est vulnus. Cave autem lugeas sine modo. DEUS

est

est, qui vulneri cicatricem obducet, & quæ ipsa
forte arripere in recenti dolore solatia necdum pote-
ris, cælitus abundè, quod ex animo tibi apprecamur,
suppeditabit. Ad nos quod attinet, quùm CHARIS-
SIMO tuo, extra nos, inque patriâ tumulando, præ-
sentes pedibus non possimus, absentes animis fre-
quentes ituri sumus exequias, nec unquam
tã PRÆCLARI CAPITIS me-
moriã obliterari apud nos
patiemur.

P. P. Rost. sub Sigillo Universitatis,
A. O. R. M. DC. LXXVI.
die 30. Aprilis.



antur. Deinde propones animo, & mines eâ lege vivere, ut aliquand morianturque; & universum istud, ne summâ MUNDUM appellamus, tate exemptum minimè esse. Sed c huc superstesq; Filius crederetur, dum principem sui partem, vivit ut quoad viliozem subductus oculis. Neque enim perpetuò, credas, eri quo vobis reddemini invicem, & extris quidem distractionis metum. A scere pharmaca, ad sanandum dolubentes prætervehimur; & ne his in præsens sumus, id quidem præfra quasi vel animo jam defæcatori n planè FILII tui funus oculis contu nec possibile sane, nec decens au Athenientem SOLONEM in domo imitere. Is posteaquam ex Nurnato mortem Filii accepisset, fuisse dicitur, uti animo repente humi prostratus; jacuerit, barbar evulserit, capillos vellicarit (qua tior futurus) injectu pulveris os disciderit, planctuquè & ejulatu, c trium admiratione & indignatione plèrit forum. Apage insaniam imgebis, MATER, non sine causâ; ne bi, per hunc unci FILII tui casum, est vulnus. Cave autem lugeas

ne ho-
on sine
ritudi-
necessi-
stibi ad
secun-
; licet
it tuis:
et dies,
mplio-
etc mi-
ramus,
ous usi
umus,
siccis
quod
sed ne
luctu
te sub-
rnatus
iderit,
manu
o quie-
allium
pectan-
com
è! Lu-
leve ti-
rofectò
DEUS

est

